

Franckesche Stiftungen zu Halle

**Joh. Andr. Qvenstedii, SS. Theol. D. & Prof. Publ. Ordin. in
Acad. Witteberg, Ethica Pastorum, & Instructio Cathedralis,
sive Monita, Omnibus ac ...**

Quenstedt, Johann Andreas

Wittebergæ, 1708

VD18 13565508

LXX. Arguat peccata 1. verbis Scripturae, 2. severe simul & 3. mansuete, 4.
prudenter, 5. libere, 6. frequenter.

Nutzungsbedingungen

Die Digitalisate des Francke-Portals sind urheberrechtlich geschützt. Sie dürfen für wissenschaftliche und private Zwecke heruntergeladen und ausgedruckt werden. Vorhandene Herkunftsbezeichnungen dürfen dabei nicht entfernt werden.

Eine kommerzielle oder institutionelle Nutzung oder Veröffentlichung dieser Inhalte ist ohne vorheriges schriftliches Einverständnis des Studienzentrums August Hermann Francke der Franckeschen Stiftungen nicht gestattet, das ggf. auf weitere Institutionen als Rechteinhaber verweist. Für die Veröffentlichung der Digitalisate können gemäß der Gebührenordnung der Franckeschen Stiftungen Entgelte erhoben werden.

Zur Erteilung einer Veröffentlichungsgenehmigung wenden Sie sich bitte an die Leiterin des Studienzentrums, Frau Dr. Britta Klosterberg, Franckeplatz 1, Haus 22-24, 06110 Halle (studienzentrum@francke-halle.de)

Terms of use

All digital documents of the Francke-Portal are protected by copyright. They may be downloaded and printed only for non-commercial educational, research and private purposes. Attached provenance marks may not be removed.

Commercial or institutional use or publication of these digital documents in printed or digital form is not allowed without obtaining prior written permission by the Study Center August Hermann Francke of the Francke Foundations which can refer to other institutions as right holders. If digital documents are published, the Study Center is entitled to charge a fee in accordance with the scale of charges of the Francke Foundations.

For reproduction requests and permissions, please contact the head of the Study Center, Frau Dr. Britta Klosterberg, Franckeplatz 1, Haus 22-24, 06110 Halle (studienzentrum@francke-halle.de)

[urn:nbn:de:gbv:ha33-1-213082](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:gbv:ha33-1-213082)

quo ipso Concionatores docet, non in generatibus semper esse versandum, sed singulos sui officii in specie esse admonendos, nec ipsis Regibus, Principibus & Dynastis, si notoria sint ipsorum flagitia, parcendum, quamvis hæc *παρρησία* S. Johanni capite constiterit, inquit *D. Hildebrandus* de Concione, Veter. cap. 2 § 1. Quid si quis dicat; hæc publicâ reprehensione delinquentes magis exasperari, quàm emendari; Respond. non quæri de facto, sed de jure, non quid fiat, sed quid fieri debeat, hoc nempe, ut publicè correptus ob notoria & pervulgata sua delicta, cristas submittat, propter lapsus suos doleat, erga Deum & Ecclesiæ Præpositos deprecationem instituat, à malo recedat, & perferriam poenitentiam in rectam viam redeat, non verò ut cum Pastore suo expostulet, ipsū in jus vocet, litem intendat, multo minus ad palinodiam adigat, ut bene docet *D. Konigius* in *Cal. Catechet. Sect. 11. quæst. X. pag. 751.*

LXX.

Arguat peccata 1. verbis Scripturæ, 2. severe simul & 3. mansuete, 4. prudenter, 5. libere, 6. frequenter.

Ἐξήγησις.

Ἐπαγόρευσις Concionator *instituat* vel *communi-*

muniat verbis Scripturæ, siue ex lege Dei petitis. Nihil enim vehementius urgere poterit Peccatorem, quam si verba Scripturæ contra id, quod arguitur, afferantur, sicq; intelliget, se non ab homine, sed ab ipso Spiritu S. argui & reprehendi, & Verbi Ministrum non affectato, sed vero Dei Zelo ferri. *Profuerit hoc quoq;* inquit *Erasmus Lib. III. de ratione Concion. pag. 891. Tom. V. Oper. si Concionator detestaturus crimen aliquod, Scripturam ipsam loquentem adducat sic; Audiant, qui talium scelerum sibi consci sunt, non me, sed Scripturam, imò simul omnes audiamus Deum per os Apostoli sui loquentem, sequamur ad quod invitat; vitemus, quod comminatur, omnium Dominus & iudex.* Dictorum autem Scripturæ non solum sententiæ, sed & singulæ voces expendantur, pro rei gravitate. *Il. severe & graviter obijget mandatorum Dei transgressores, juxta mandatum Pauli Tit. I. 13. supra explicatum.* Nam sicut vespæ oleo conspersæ moriuntur, aceto vero reviviscunt, ita peccatores in peccatis moriuntur, si Minister Ecclesiæ iis aduletur, at si corrigat severe & aceto legis eosdē conspergat, à peccatis per poenitentiam reviviscunt. Inprimis præfatos & impenitentes peccatores reprehendat cū denunciatione iræ divinæ & comminatione poenarum

narum

rarum temporalium & aeternarum. Hanc denunciationem irae Dei praecepit Dominus, Ezech. III. 18. 19. 1. Sam. II. 27. seq. Vir Dei prae-nunciat Eli pœnas, 2. Samuel. XXIV. 12. Nathan Davidi, 1. Reg. XXI. 19. Elias Achabo. Hinc sumit in titū prædicationis suae Esaias, Prophetarum primas, *Vae*, inquit cap. I. 4. *genti peccatrici, populo gravi iniquitate semini nequam filius secleratis &c.* Pseudo doctorem indicium est, si rigore nullo peccata corripere, sed ea excusare, extenuare, *peccatilla* vocare &c. Hoc vitium Spiritus S. futuram pulvillorum sub laetros peccantium appellat Ezech. XIII. 18. 19. 20. Quilibet itaque Ecclesiae Minister iusto rigore adversus peccatores demonstrato probet, se Prophetarum, Christi & Apostolorum genuinum discipulum & successorem esse. Sed & arguat ac corrigit simul ill. *mansuetè. Redargutionis seu correctionis acrimoniam temperet mansuetudine*, & disciplinae severitati addat condimentum lenitatis. Sic enim notanter præcipit magnus ille, quem Tharsus Ciliciæ edidit, Apostolus, ut scil. correctio fiat *ἐν πραότητι*, *in lenitate*, 2. Tim. II. 25. *ἐν πάσῃ μακροθυμίᾳ*, *sine amaritudine*, exponente Ambrosio, 2. Tim. IV. 2. conf. 1. Tim. VI. 11. *Talis sit Ecclesiastica reprobensio, ut charitas, nō ira loqui videatur*, inquit

Eras-

Erasmus Lib. III. *Ecclesiast.* p. 891. Tom. V. O-
per. Nam redargutiones & increpationes parū
proficiunt, nisi conjunctæ sint cum animi leni-
tate, mansuetudine, & charitatis significatione.
Acerbitas & asperitas offendere potius solet,
quā corrigere & emendare, adeoq; repre-
hensio commiserationem ostendat, non indi-
gnationem aut cujusquam odium. Ita ergo in-
vehatur Concionator in malos mores & pec-
cata, ut appareat, eum vitia, non homines o-
disse. Odio enim habenda sunt peccata, nō ho-
mines. Utq; omnes intelligant, non nisi Zelo
salutis suæ ita se objurgari. Medici ægris non i-
rascuntur, sed contra morbum ipsum pugnant.
Benè *B. Balduinus* Com. in 1. Tim. V. part. I. aph.
2. *In officio Elenchico* (latius vocē Elenchi acci-
pit, quatenus etiam correptionem morū com-
prehendit) *adhibenda est Moderatio*, ut appa-
reat amari personas, aū taxantur vitia, nam ut
Poeta dicit; Licuit, semperq; licebit, parcere
personis, dicere de vitiis. Quemadmodum
Nazianzenus de paternis Dei castigationibus
dicit; Quod gladium vindictæ temperet oleo be-
nignitatis, ita omnibus modis Ecclesiasticus O-
rator id agat, ut ex animo paterno & salutis au-
ditorū cupido reprehensiones procedere o-
mnes sentiant. Sicut in arca Fœderis cum vir-

ga Aaronis conjunctum erat manna; ita Praeses Ecclesiae cum virga discipline & correctionis conjungat manna dulcedinis, ait Gregorius Lib. I. Epist. 25. Et lib. XX. Moral. cap. 6. inquit; *Miscenda lenitas cum severitate. Sit amor, sed non emolliens; sit rigor, sed non exasperans, sit Zelus, sed non immoderatè saviens, sit pietas, sed non plus, quàm expediat, parcens. Qui delinquentē suberbo vel odioso animo corripit, (verba sunt Isidori lib. III. de sum. bono cap. 92.) non emendat sed percutit, quicquid enim protervus & indignans animus protulerit, objurgantis furor est, non dilectio corrigentis.* Hinc rectè iterum Gregorius Homil. X. in Evangelia; Videndum monet; ne Ministerium justae correptionis convertatur in arma furoris. Levitatis est, vitia grassantia ironicè & sarcastice carpere; Temeritatis, iracundè & furiose objurgare. Sic instituaturs increpatio, ut potius querele sit, quàm saeva & iracunda exostulatio. Quibus σὺμψω- va scribit B. Hunnius in Meth. Concion. præcepto XII. p. 1034. T. III. Oper. *Increpationes, ait, quibus auditorū peccata reprehendimus, non verborum constent acerbitate, multo minus apertis convitiis, quibus nihil edificatur, nihilq. efficitur aliud, nisi ut animi auditorum in à suis pastoribus abalienentur, dum vident, eas increpationes*

tiones non tam ex Zele quodam justitie, quam ex
 odio aut privata vindicta suscipi. In summa,
 fervetur æquilibrium, & temperamentum a-
 crimonie & mansuetudinis, severitatis & leni-
 tatis, Zeli & moderationis, ut appareat, nō im-
 perandi studio, privata vindictæ cupiditate
 aut odio, sed solâ officii ratione impelli Con-
 cionatores ad illud castigationis genus. *Επιτί-
 μως* seu vehemens reprehensio, quando ita
 fit, ut à paternâ & fraternâ mansuetudine & di-
 lectione non recedat, tum egregiè, quod suum
 est, operatur, nec tantum mordet, sed etiam
 persuadet & movet. Confer quæ dicta sunt mo-
 nito XL. de mansuetudine IV. arguat *Pruden-
 ter*, juxta Christi enim præceptum *Oeconô-
 mus*, seu mysteriorum Dei dispensator sit *πίστος
 καὶ φρόνιμος*, *fidelis & prudens*, Matt. XXIV. 45.
 Præprimis in corrigendis & vitiis & personis
 singularis adhibenda prudentia est, ut ipsum
 reprehensionis medicamentum non exulce-
 ret, sed sanet, h. e. ne ad interitum Auditorum,
 sed in ipsorum ædificationem & salutem ce-
 dat, sive ut *Chrysostomus* loquitur de dignit. Sacer-
 dot. c. 4. *ne dum rupta resarciat Sacerdos, majorem
 faciat rupturam*. In primis justam *Αγασίαν* perso-
 narum corripiendarum instituat Verbi Minister,
 & Medicorum consuetudinem imitetur, quile-
 vites

vites

viter agrotantes leviter curant, gravioribus autem morbis periculosas curationes & ancipites adhibere coguntur. Rectè Ignatius Epist. IIX. ad Polycarpum: *Non omne vulnus eodem emplastro curatur, vehementiores morbi accessiones instillationibus sedit. Peritè Cyprianus Serm. V. de Lapsis p. 220. Sic oportet, inquit, Dei Sacerdotem non obsequiis decipientibus fallere, sed remediis salutaribus providere. Imperitus est medicus, qui tumentes vulnerum sinus manu parcente contrectat, & in altis recessibus viscerum virus inclusum dum servat, exaggerat. Aperiendū vulnus est & secundum & putredinibus amputatis, medela fortiore curandum. Vociferetur & clamee licet & conqueratur egger impaciens per dolorem, gratias agat postmodum, cum senserit sanitatem. Qui ἐν τινὶ ὧδῃ πῶματι, in aliquo delicto seu offensâ leviori (Vox enim ὧδῃ πῶμα licet aliàs in genere notet omne peccatum, imò etiam flagitium scienter patratum, vide Rom. IV. 15. V. 15. 16. 17. 18. 20. 2. Corinth. V. 19. Eph. 1. 5. &c. hoc loco tamen designat peccatum infirmitatis.) πολλὰ φθίντες conspiciuntur, ἐν πῶματι πρᾶξι & sunt restaurandi Gal. VI. 1. Non asperioribus correctionibus pudefaciendi, 1. Cor. IV. 14. sed ἐν πάσῃ μακροθυμίᾳ καὶ διδασκῇ obsecrandi, 2. Tim. IV. 2. qui verò ex destinata animi*

animi malitiā peccant, post unam atq; alteram frustra adhibitam v8 *Deo lav* seu admonitionē, non lenitate amplius tractandi, sed severitate & acriori objurgatione excipiendi sunt. Corrigendi tumidi, tolerandi infirmi; Et quod seve-
rius castigare necesse est, non saviētiis plecten-
dum animo, sed medentis, juxta Leonem M. in
Epist. Gregorius parte III. Pastor. admon. 18.
Egros, inquit, indomitos blandā prius
manu tangimus Et eos nobis plenius post-
modum etiam per flagella subjugamus. Si
finis reprehensionum, qui est salus homi-
num, moderatione animorū obtineri pot-
est, utiq; eā utendum, sed cum homines ni-
mis praefracti sint, scelera quovq; tam scan-
dalosa, ut mollis brachio tractata ex bo-
minum animis evelli nequeant, ibi sanē
saepe opus est, sine respectu personarum,
inquit *Deo lav* *Deo lav* com. in Tim. V. parte I. quz sit.
I. sanē durioribus verbis & gestibus increpanda
sunt illa peccata, quæ ex habitu peccandi profe-
cta & iterū iterumq; repetita, gloriam Dei infir-
gunt, gloriant conscientiam lauciant, salutē pro-
ximi impediunt, scandala præbent quā illa, quæ
vel ex errore, ignorantia, aut infirmitate quādam
humana commissa sunt. Rectē B. Gerwardus Har-
mon. Evangel. cap. CLVII. pag. 601. *Zelus*
Ef *Chri-*

Christi, inquit, ecclesie Ministrum ad imitationem propositus est, ut ipsi quoque falsa dogmata & peccata graviora magna Spiritus sapientia perstringant. Mansuetudine uti convenit erga eos, qui ex ignorantia errant & ex infirmitate peccant, sed contra eos, qui errores pertinaciter defendunt, & ex malitia peccant, iusta severitas adhibenda. Apostolus Paulus Timotheo lenitatem 2. Tim II. 25. & cap. IV. 2. Tito vero praescribit severitatem c. I. 13. c. II. 15. vel quod ille freno egeret, hic calcaribus; vel quia aliis alia conveniunt, & apud duros Cretaenses duro nodo durus erat inveniendus cuneus. Quisque hic suum accurate exploret genium, qui austerior est, aut fervidioris naturae, comprimatur se, quia, si zelo indulgeat, semper longius provehitur, quam par est. Ad prudentiam quoque pertinet, ut peccatum multitudinis, vel ejus, qui multitudinem habet sociam, non asperere vel magnam verborum vehementiam reprehendat Praeco Dei, sed potius gemit, quam jubeat, magis moneat, quam minetur. Vicia enim communia modo imperioso non tolluntur, sed prudente instructione & piis precibus. Nec valde erubescit, qui multos se habere socios, in ea nequitia, publice audit. Neque vacat errore aut imprudentia, per enumerationem referre ex Sacris Literis, vel Historiâ Ecclesiastica aut profana.

fanâ, multos & olim fuisse & adhuc hodie esse,
 tali vitio inquinatos. Nam qui conscientiam
 habet ejus criminis ream, cogitat, nihil esse mi-
 rum, si & ipse in eo delicto sit, in quo audit plu-
 res viros sanctos & graves fuisse. Utatur etiam
 prudens Dei Oeconomus *ἐκ αναλογίας delicti*
proportionatâ. Muscæ vilitatem non attollat
 ad Elephantis molem. Nec faciat ex trabe festu-
 cam, aut è festucâ trabem Matth. VII 3, seq. Luc.
 VI. 41. 42. Hoc est, non magna leviter perstrin-
 gat, neq; in res leviusculas tragicè deronet. Qui
 enim leves culpas tragicis clamoribus insecta-
 tur, quid faciet in magnis? *Non fictæ aut falsæ*
fame innixâ. Qui enim vanis rumoribus, aus-
 garulismulierculis credunt, sæpè cum larvis
 pro cathedra pugnant, & ea carpunt, quæ nun-
 quam facta, vidè monitum Siracid. cap. XIX. 15.
 Corrigit vitia nō aliena, sed quæ in suo depre-
 hendit grege. *Quid enim illi, de iis, qui foris*
sunt, judicare? 1. Cor. V. 12. Ad offensiones pri-
 vatas, quæ *doctrinam & officium* Ipsius injuriâ
 quodam afficiunt, ne utiquam taceat, sed publi-
 cè, si publicè peccatum sit, illas perstringat;
 Eas verò, quæ *personam vel familiam vel pro-*
ventus ejus tangunt, vel patienter ferat vel ad
 legitimū judicem deferat. Nec diu immoretur
 Minister Verbi objurgationibus & morū cor-
 rectio-

rectionibus, multo minus omne concionandi
tempus illis consumar, sed Salis instar modicè
eis aratur. Confer, quæ attulimus de pastorali
Prudentia Mon. XLIV. V. *Arguat libere*; non
ob dona & bona temporalia officio suo Epä-
northotico desit. Cerberus, canis ille inferna-
lis, latrare cessat propter offam medicatā à Sy-
billa objectam, ut est apud *Virgilii* Lib. VI. *Æ-*
neid. Ita multi Ministri Ecclesiæ ob dona tem-
poralia & favores hominū peccata arguere re-
nuunt. Juvenis modestiam sibi commendatā
habeat, & querelā potius, quā increpatione
reprehendar; Senis, ut major gravitas est, ita li-
berior quodq; potest esse reprehensio. VI. *Cor-*
rigat frequenter. Josuæ VI. 13. Sacerdotes nō u-
nā vice Hierichuntē circumibant & buccina-
bant, sed septies, ita non sufficit, semel atq; ite-
rū correxisse peccata, buccina legis sæpius est
inflanda, Esa. LVIII. 1. eaq; à peccatis impii sunt
dehortandi, & crebrā comminatione poenarū
ad poenitentiam excitandi. VII. *Increpatio*
cautè ad Auditorium dirigenda sermone recto.
Non facile in secundā personā exprobranda
crimina aut vitia, nisi singularis ratio id exigat.
Res ipsa in tertiā personā explicanda. Primæ
personæ gratissima Auditori compellatio. Si-
cut enim præcuntē ducem promptius sequitur
miles,